N. 1535.

CURRENDA VIII.

A. D. 1864.

N. 1144.

Quædem Tarnoviae species montis pietatis ab exordio anni 1864.

In Vetere Fœdere resonabat quidem lex: *Diliges proximum tuum, sicut te ipsum* Deut. VI. 5. *commodate sine usura.. Frange esurienti panem..* ast nulla existebant orphanotropia, hospitalia, nosocomia, *fontes pietatis.* Nonnisi ex institutione divina celebrabatur *annus subbaticus* i. e. quisque annus *septimus*, et *annus jubilei* i. e. 50mus; sub illo *vervactum* (rok odpocznienia) observabatur, atque fruges sponte nascentes et fructus ex arboribus cedebant etiam pauperibus; in hoc redibant domus, agri &c. ad pristinos possesores Lev. XXV. 4. 10. 13. 14. et sic lege div. cautum erat contra supinam plurium pauperiem ac servitutem.

Mittamus praxin, quam varii sub lege erga pauperes exhibebant.. Pharisaei largam distribuunt eleemosynam... Christus ipse, Apostoli ac discipuli largitate plerumque suorum cohonestantur. Imo Salvator noster in egestate nasci, donaq. a pastoribus et magis accipere dignatus est. Præsagium, quod Messias ab Angelo nuntiatus, legationem quoque a Patre nactus sit, pauperiem sublevandi. Et quis ignoret Ejus inculcationes: *Estote misericordes, sicut et Pater vester misericors est..* Luc. VI. 36; *Date et dabitur vobis... mensuram bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum..* 37. Et in alio loco: *omnia, quæcumque habes, vende et da pauperibus et habebis thesaurum in cœlis: et veni, sequere me.* Luc. XVIII. 22. &c. &c.

Sed ne videamus nota recoquere, transilimus ad Apostolos, discipulosque in schola divini Magistri edoctos. Hi non solum verba sæpissime faciebant in rem pauperum; sed primi *Institutum* quoque *pauperes juvandi* introduxerunt. Silentio premimus loca plurima hunc in finem in Litteris ss. occurrentia, quae testantur de zelo legatorum Christi, paupertatem sublevandi. Intuitu prioris asserti unum tantum eligendum citandumque textum esse duximus: *Scitis enim gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut illius inopia vos divites essetis. In praesenti tempore vestra abundantia illorum inopiam suppleat, ut et illorum abundantia vestrae inopiae sit supplementum.* II Cor. VIII. 9. Respectu posterioris loquantur ipsa N. F. effata: „Multitudinis autem credentium erat cor *unum* et anima *una*: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia *communia*.... Neque enim quisquam egens erat inter illos.

Quotquot possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretium eorum, quae vendebant et ponebant ante *pedes* Apostolorum. *Dividebatur* autem singulis, prout cuique opus erat. Act. Apost. IV. 32. 34. 35. Praedicationi officiebat talis ministratio mensis... Quo magis orationi et ministerio verbi instantes esse valerent, constituerunt *collegium 7. Diaconorum*" VI. 1. 2. 4. 5. Admiremur tantam solicitudinem Apostolorum, qui pauperibus evangelizantes, eos conversos, a suis non conversis derelictos, non deseruerunt, imo divites ad comportanda sua commoverant, qui lubenti animo amicos sibi e mammona iniquitatis faciebant, quae alioquin sub diris persecutionibus præda facta fuisset persecutorum.

Postmodum Ecclesia Dei pace condonata collectiones in rem pauperum instituebat inter templorum parietes, Conventus et hospitalia erigebat, refugia egenorum.

Sed inter Christicolas reperiuntur quoque egeni, qui mendicare erubescunt, quique ob infortunium, ob defectum laboris, aut ob penuriam paratæ pecuniæ ex opificio &c. quæstum facere, negotiaque sua curare haud valent. Talibus succurrendi indefessum erat desiderium pientissimorum virorum, charitate proximi flagrantium. Erigebant *Confraternitates misericordiae*, quarum sodales cursitabant in majoribus urbibus per domos, exquirebant ejusmodi inopes, ac collectionibus institutis sublevabant eos. Talem Confraternitatem Cracoviae A. 1584 celeberrimus ille Petrus Skarga sub titulo: *Bractwo miłosierdzia Boga rodzicy* penes Ecslesiam S. Barbaræ et postmodum jecit idem Ipse fundamenta pro monte sic dicto *pietatis* (bank pobożny, komora potrzebnych) emendicando penes nobiles, cives, divites... paratam pecuniam pro congerendis capitalibus, ad quæ sub certa directione constituta ceu ad *montem refugii* recurrere valerent ope indigi, levantes exinde erga quoddam pignus et exignum censum quotas exoptatas. Hocce Institutum saluberrimum huccusq. Cracoviae existere, locupletari; similiaq. erecta fuisse Varsoviae, Leopoli &c. quis nostratum ignoret?!

Facta jam ad historiæ campum digressione, operæ adhuc pretium esse censemus, adducere in medium pro jucunda Ven. Cleri lectura ea, quae Lucius Ferrarius in „*Prompta Bibliotheca*" Tom. V. ea de re congesserat. Talia ibidem legimus:

„Montes pietatis sunt aeraria aut granaria publica piorum hominum liberalitate ad hunc finem erecta, ut ad ipsa, tanquam ad *montem* confidenter refugere possint indigentes et ea in promptu sint ad mutuandum sub pignoris cautione ipsis indigentibus et occurrendum usuris, quas pro sua indigentia usurariis, præsertim Judaeis solvere cogebantur.

Ex quo enim plurimi usurarii et praesertim Judæi, observantes temporum et personarum calamitates ex aliorum inopia messem facerent, suas per immoderatas in mutuis usuras brevi fere totam sortem absorbendo et pauperes christianos fere ad extremum depauperando, pietate et misericordia motus, B. Barnabas Interamnensis Seraphici Ordinis Minor. de Observantia primus omnium Perusii (non Perusii, sed Urbiveteri (Orvieto) primus mons pietatis erectus fuit et cum id negotii in Apostolica Camera examinatum fuisset, jussu Pii II

a Cardinali Ostiensi tunc Apostolici Fisci præfecto (Camerarium vocant) confirmatus. Ipse tamen Pius Pontif. postea Breve pro hoc instituto, quod *montem Xti* appellabant, dedit 3. Jun. 1463. Circa idem tempus Perusinus quoq. mons pietatis, constitutus fuit) *montem pietatis* excogitavit; promovit atq. erexit, ut sic pauperes Christifideles a dictis immoderatis usurariis oppressionibus redimeret. Cum enim Perusii sub Pio II Summo Pontifice conciones ad populum haberet, hoc prius inexcogitatum remedium adinvenit, ut ex cumulo pecuniae pie collecto exinde mons pietatis nuncupato mutuum præstaretur egenis, accepto pignore et denariolo, vel summa aliqua per singulos menses detentae peccuniae convertendis in stipendium ministrorum aliasq. ad id necessarias expensas... Ad primam ejus concionem ita liberali ac prompta manu suas pecunias ac facultates cives congesserunt, ut ad ditissimum ac copiosissimum montem eumq. omnium primum illic erigendum abunde sufficerent.

Eximium hoc Perusinorum pietatis opus plurimae, præsertim Itatiæ, urbes secutae (indulgentiaeq. manus adjutrices ad ipsos porrigentibus concessæ, dummodo a Sede Pontif. adprobati fuissent montes.)

Tales montes pietatis enumerantur a Consilio Tridentino inter alia pia opera.

A summis Pontificibus permittitur moderatum quid duorum vel trium a centenario, ob justas causas etiam 5. si vero deponentibus ibi suas pecunias solverent 5% possunt totidem exigere a suis mutuatariis et adhuc duo necessaria pro expensis faciendis.“

Quamprimum a Sede Romana *Montes pietatis* confirmati erant, solicitudo Ejus oculum ad Ecclesias Cathedrales figebat eo, utrum adsit et casu adverso ut ejusmodi erigeretur Institutum.. securum contra usurarios remedium. Inde fit, ut inter quæstiones *processus canonici* ante præconisationem episcopalem semper illa legatur: an existat in sede episcopali *mons pietatis,*

Voto ejusmodi saluberrimo annuturum Capitulum hujas ante decennium meditabatur de congerendo *pietatis* monte, ast rerum adjuncta non favebant heic operi pio.

Primum Regimini Nostro Episcopali, quum Præsidium Commissionis Instituti pauperum et aegrotorum hujatis geramus, hocce fortunium reservatum erat, speciem quamdam *montis pietatis*, Tarnoviæ sub titulo „*bank zastawniczy*“ (Versatzamt) cum administratione civili sub Praesidio episcopali introducendi,. adjutorio videlicet cassae hospitalis et Virorum hujus rei gnarorum. Deo opitulante Institutum hocce diu desideratum, gaudet jam approbatione statutorum de 17. Maji 1863. quod 2. Jan. a. c. post solennem Votivae in Cathedrali Ecclesia, coram P. T. Repraesentatibus Potestatis Esticae et civilis, civitatis &c. celebrationem et post energicam Membri ejus Rsmi Michaelis Król allocutionem.... operari inchoavit, suppeditando paratam erga pignus et 8%, donec fundus accrescat, quo facto census minor exigeretur. Deo ter optimo, qui antea 2. Instituta valde his temporibus proficua i. e. *Cassam parsimoniae* et *Cassam pro opificibus* erigere permiserat, agamus pro novissimo gratiae ejus documento.. imploremusque jugem Ejus desuper benedictionem.

Quoniam hic *Mons pietatis* ruricolis haud conspicuus esse censetur, quia ad eum

refugium capere non cernuntur, idcirco Ven. Clerus ad concitandos parochianos Nobis vicinos verbis Ipsius Instituti de 26. Mart. a. c. N. 64. invitatur, quae hujus sunt tenoris:

„Komissyi Institutu ubogich i chorych wielce na tem zależy, ażeby istnienie banku pożyczkowego w Tarnowie w sposób jak najobszerniejszy rozpowszechniono, szczególnie zaś pomiędzy wiejskim ludem, do kąd ta zapewnie bardzo pożądana wiadomość jeszcze nie doszła.

Bank *zastawniczy* w Tarnowie ku zasileniu obrotowemi kapitałami biedniejszéj klasy ludności, w życie w prowadzony, bardzo mało wyczerpowany jest z téj strony, dla któréj rzeczywiście jest przeznaczony.

Przyczynę tego szukać należy, jak się domniemywać godzi, w téj okoliczności, iż lud wiejski o istnieniu i dążności tego institutu pouczonym nie jest.

W interesie więc tak wiejskiéj ludności, jako też i Banku zastawniczego uprasza się Najprzewielebniejszy biskupi Konsystorz, ażeby pośrednio przez obiegniki czasowo wysełane rozpowszechnić polecił; iż w Tarnowie w gmachu szpitalu istnieje bank, w którym w dni *wtorkowe* i *piątkowe* na zastawy za opłaceniem 8% gotówki uzyskać można.“

Tarnoviae die 23. Apr. 1864.

L. 1359.

Catechisationes in Ecclesia et schola sedulo habendæ... ecclesia a juventute frequentanda...

Inter omnes cordatos sacerdotes constat, maxime salutare et summopere frugiferum genus institutionis popularis esse diligenter et cum zelo habitas catechisationes tam in Ecclesia, quam in schola et excurrendo in pagis incorporatis.

Proh dolor! non ubiquo ita conscientiose et ferventer istæ catechisationes haberi conspiciuntur, prouti gloria Dei, Ecclesiæ incrementum, salus populi fidelis ac statuta tum ecclesiastica tum civilia id exigunt et energice præscribunt.

Mittimus civilia toties renovata et inculcata de 20. Febr. 1780. de 20. Juni 1807. N. 22994, de 25. Dec. 1812, N. 42897, de 7. Octob. 1826, N. 60313, de 6. Januarii 1827, N. 76464, de 17. Sept. 1 28, N. 62417, &c. &c. quæ omnia in spiritu vere ecclesastico sunt condita — sed remittimus V. Clerum nostrum ad provocationes Nostras eatenus emissas et toties jam repetitas de 26. Aprilis 1834, N. 609 — de 15. Sept. 1836, N. 2364 de 10. Martii 1837, N. 57 — Cur. III. ex 1841, N. 157 — Cur. I. ex 1843, N. 236 — Cur. VIII. ex 1855. pag. 39 — Cur. X. ex 1859, pag. 71. — ac in qualibet quoad *tempus quadragesimale* allocutione fideliter relegendas; ast non solum relegendas, sed observandas fideliter, quia non *scire* beat — sed facere secundum *scire*.

Praecipue autem Clerus junior has Ordinationes Nostras diligenter relegat, ne tenoris earum oblitus passim negligens in hac parte esse conspiciatur, siquidem ex illis et ex dispartitione horarum sicdictæ politicæ scholarum nationalium constitutioni adjecta, edocebitur, quod

in Ecclesia *omni die Domini et festo* juventutem usque ad 18. actatis annum catechisare obligetur; quod in schola locali*ter* per hebdomadam comparere teneatur, *bis* videlicet pro *danda doctrina* religionis ac semel et quidem die Sabbathi, pro *explicando Evangelio* dominicali; addiscet porro, quod saltem *semel* in qualibet hebdomada ad *payum* incorporatum *excurrere* et ibidem, prouti etiam tempore *provisionis alicujus infirmi*... *catechisare* obligetur; currum pro ipso comunitas mittere tenetur. Vide. Constit. cæsaream de 16. Junii 1826, N. 32900.

Ven. ecclesiarum Rectores omnem dabunt operam, ut juventus ad Missam quotidianam, quando aura favorabilis, compareat, hymnos designatos devote et symphonice decantet, precesque fundat adaequatas.... *Catalogus* juventutis ad frequendas cathechisationes obligatæ ubique adsit, sæpe coram congregata legatur et absentia notetur oportet.

Fratres in Christo Dilectissimi! si excitationem hanc Nostram perlegeritis, nolite ad eam cor vestrum obdurare! Mementote missionis Vestræ tam eximiæ, quæ est dilatatio regni divini in his terris et laborate diligenter secundum has leges; nam secus absconderetis *thesaurum* juventuti pretiosissimum in *agro*, *quem qui invenit homo*, *vendit omnia*, *quae habet et emit agrum illum*. *Ars catechetica*, quam Vos addiscere oportebat, Vobis vergeret in majorem damnationem, si *vacua* maneret in vobis. Sitis potius vinitores a primo in vinea Christi mane usque ad vesperam laborantes et tunc erit super Vos pax et benedictio Dei in vita et in morte dulciter obdormietis! Faxit hoc Deus!!! Tarnoviæ 26. April. 1864.

L. 1267.

Submissio fundationum Conspectuum adhuc restantium adurgetur.

Provocatio Nostra de 7. April. a. e. N. 1119 et 1077. in Cur. VII. a. ej. quoad immittendos fundationum Conspectus pro revisione approbationeve; aut Copias approbatorum jam denuo in memoriam revocatur illis P. T. Esiarum Rectoribus, qui adhuc in culpabili hærent restantia. Illi præprimis excitantur ad terminandum fundat. negotium, qui ab aliquot annis jam operi huic insudant, ast nedum compleverunt; aut qui solummodo 3. aut 4. nova exemplaria juxta correctum jam conficienda habent, verum ea hucusque ad Nos non promoverunt.

Experientia edocti, præ timore, ne infortunio una cum documentis pereant, obstringimus hos illosve P. T. Rectores, ut officio Suo ulterius deesse vitent, ne displicentiam coram Patre Cœlesti ac coram Nobis ultro protrahant.

Tarnoviæ 21 Aprilis 1864.

L. 788.

Delegatio P. Petri Tepeluković et Fratris Josephi Patka per Superiorem Conventus Bośniac. PP. Bernard. Constantinopoli exarata ad collectiones instituendas heic invalida, insufficiens declaratur &c.

Hoc patet e sequenti Alto Rescripto Exc. C. R. Locumten. Commissionis Cracov. de 24. Feb. a. c. N. 3937, ad Inc. C. R. Officia Circul emisso, quod ita sonat:

„Mit dem Erlaße des bestandenen Ministeriums für Kultus und Unterricht vom 19. Dezber 1855 Z. $\frac{19401}{5169}$, intimirt mit dem Erlaße der H. Landes-Regierung vom 11. Jänner 1856 Z. 35166, wurde der Superior des bosnischen Franziskaner Conventes zu Konstantinopel P. Philipp Pasalić unter gewissen Vorsichten ermächtiget, persönlich von Diözese zu Diözese eine Sammlung milder Beiträge zu Gunsten des von den bosnischen Franziskanern neu errichteten Hospizes in Konstantinopel veranstalten zu dürfen.

Laut eines Berichtes des Salzburger Landes Präsidiums ist dortselbst der Franziskaner Pater Peter Tepeluković in Begleitung des Frater Josef Patka erschienen, und hat sich mittelst Attesten als Bevollmächtigter an der Stelle des seither verstorbenen Pater Pasalić ausweisend, ohne um eine hochortige neuerliche Ermächtigung eingeschritten zu sein, um die Bewilligung zur Fortsetzung dieser Sammlung gebethen, welche zunächst auf Nieder- und Oberösterreich auszudehnen beabsichtiget wird.

Nachdem das dem Pater Pasalić ausgefertigte offene Beglaubigungsschreiben ausdrücklich nur auf dessen Person lautete und eine solche Ermächtigung keineswegs stillschweigend auf unbestimmte Zeiten ausgedehnt werden kann, so wird die k. k. Kreisbehörde in Folge Erlasses des h. k. k. Staatsministeriums vom 3. d. M. Z. 8054 auf das allfällige Erscheinen dieser bosnischen Franziskaner zu dem Behufe aufmerksam gemacht, um denselben, ohne sie übrigens anderweitig zu beirren, die Sammlungsbewilligung im unterstehenden Gebiethe zu verweigern, und anzudeuten, daß sie sich eine solche ordnungsmässig bei dem k. k. Staatsministerium zu verschaffen haben."

Si illi duumviri in liminibus Ven. Cleri sine desiderata licentia ab Alto Regimine comparerent, eos ad hanc circumstantiam attentos reddant & &c.

Tarnoviæ 10. Mart. 1864.

L. 1578.

Descriptio oppidorum et urbium Dioeceseos sub respectu historico, statiscico et topographico desideratur.

In opusculo periodico, quod Leopoli sub titulo „*Dziennik literacki*" vulgatur, plurimi Vener. Cleri hisce temporibus legebant descriptionem oppidorum et urbium Galiciæ sub intitulatione: „Miasta i miasteczka Galicyipod względem historycznym, statystycznym i topograficznym," ordine alphabetico... certe non sine delectatione — Ut descriptio ejusmodi cum successu continuari, ampliarique possit, expetuntur a Ven. Clero materialia, quæque aut ex Archivo parochiali, aut e traditione inter populum de origine oppidorum urbiumque, de historia eorum vigente, aut ex aliis fontibus depromi possent. Ven. Clerus procul dubio antiquitatis ac conservationis ejus amans; item omnia aut multa in memoria de oppidis et civitatibus Parochiæ suæ tenens, aut in Archivo documentisve conservans.... hisce requiritur, ut Respectivi cuncta hæc Nobis intra 2. mensium spatium subministrare haud graventur. Hocce literario succursu multum conferrent jam ad conservanda Patriæ munimenta, jam ad augendam histo-

riam; nec non ad gloriam virorum de solo patrio bene meritorum, e pulveribus excutiendam, imo ad exemplum pro imitatione statuendum. Tarnoviæ 14. Maji 1864.

L. 661.

Spis rzeczy w Dekanacie Nowo-Sandeckim przez gorliwość JXX. Plebanów sprawionych, naprawionych, przy wizycie Dekanalnéj r. 1863 podanych.

1. W Chomranicach: 4 nowe mosiężne lichtarze na ołtarz, dokończono naprawy murów koło kościoła i 14 stacyj drogi krzyżowéj, dokończono nowéj budowli szkoły i pomieszkania dla organisty i nauczyciela, dokończono wyreperowania mieszkania plebańskiego, poreperowano apparata kościoła, do czego przyczyniła się repartycyja między parafian, ich dobrowolne ofiary i znaczny dodatek ks. Plebana miejscowego.

2. W Jakubkowicach: sprawiono dębową bramę do nowego cmętarza, z kamieni pozostałych od obmurowania nowego cmętarza, wymurowano koło pola plebańskiego parkan 4 stóp wysoki a długości przeszło 50 sążni, fundament pod sobótkami, otaczającemi kościół, narzucono wapnem, sprawiono trzy ornaty, dwa koloru białego, jeden czerwony i kapę czarną, tudzież welon do obnoszenia Sanctissimi na procesyach uroczystych i biret, 12 lichtarzy drewnianych na wielki ołtarz odsrebrzono i odzłocono, sprawiono nowe z drzewa tabernaculum bardzo piękne i odpowiednie, dom organisty i szkołę pobito nowym gontem, JW. Państwo Baronostwo Teodor i Walerya Przychoccy sprawili trzy ozdobne antypedya do trzech ołtarzy. Na to wydano przeszło 620 złr. 66 kr. w. a. do niego fundusz kościelny dał 29 złr. 50½ kr. repartycya 155 złr., dobrowolne ofiary 82 złr., J. ksiądz Pleban miejscowy Gabryelski 354 złr. 15½ kr. w. a. gotówką.

3. W Kamionce wielkiéj... zrestaurowano organy i miechy do nich, zrobiono nową klawiaturę, zamiast cymbału dano inny głos zwany flotrovers, sprawiono do wielkiego ołtarza obraz ukrzyżowanego Pana Jezusa, nowe umbraculum z wyzłoconemi ramami i politurowanym postumentem, oczyszczono 2 lampiony, monstrancyją, trybularz, pacyfikał i krzyż metalowy, wybrano i wymurowano na podworcu plebańskim studnie 7 siągów głęboką, na co wszystko włożono koszt 293 złr. 91 kr. w. a. do tego dała konkurencya 38 złr. 16 kr. Jks. Pleban miejscowy 284 złr. 75 kr. w. gotówką.

4. W Męcinie... wystawiono nową okazałą plebanią za 3700 złr. konkurencya dała 3600 złr. a J.ksiądz Pleban Wąsikiewicz przeszło 100 złr. a. w. w gotówce.

5. W Mystkowie... odnowiono poboczny ołtarz Ś. Antoniego, 4 lichtarze odsrebrzono i ozłocono, odnowiono drugi poboczny ołtarz ś. Mikołaja, sprawiono nowy obraz Matki Boskiéj Częstochowskiéj, snycerskiéj roboty, takowy odzłocono i odsrébrzono, także nowy obraz Ś. Trójcy snycerskiéj roboty i ten wyzłocono i wysrebrzono, 9 ławek także snycerskiéj roboty nowo sprawiono, zreperowano grób Pana Jezusa, sprawiono gradus przed wielki ołtarz i do kaplicy, sprawiono nową ozłoconą ramę do obrazu Ś. Jana Kan-

tego, na to wydano przeszło 232 złr. 70 kr. do których repartycya dała 94 złr. 20 kr., dobrowolne składki i ofiary 120 złr. J.ksiądz Pleban miejscowy 18 złr. 50 kr. gotówką.

6. W Nowym Sączu... sprawiono chorągiew na uczczenie Matki Najświętszéj, czarne sukno do nakrycia gradusów wielkiego ołtarza, na to'z dobrowolnéj ofiary wpłynęło 50 złr. a J.ksiądz Proboszcz miejscowy Machaczek dał 50 kr. a. w. gotówką, Jksiądz proboszcz ma w robocie dwa apparata kościelne, obiecuje zająć się renowacyą ołtarza Ś. Trójcy i Przemienienia Pańskiego w roku 1864, drzewo zwiezione na reparacyą kościoła a właściwie na sufity znaleziono za grube i obrócono na most.

7. W Pisarzowéj... Jks. Pleban robi składkę na odmalowanie kościoła.

8. W Tęgoborzy.. sprawiono 14 stacyi czyli drogę krzyżową i umieszczono takową w filarach parkanu kościelnego, trzy nowe płócienne alby, jeden humorał i 4 purifikatorya, pięć ornatów, z tych 3 białe a 2 czarne, jeden ornat odnowiono, kielich przyrządzono i odzłocono, sprawiono nowy trybularz, kociołek od chrzcielnicy wybielono, wydatek na to nie podany.

6. W Ujanowicach... pod dzwonicą dano nową kamienną posadzkę, sprawiono do wielkiego ołtarza obraz olejny Wniebowzięcia Najś. Maryi Panny, na to włożono 100 złr. a to z dobrowolnych składek 40 złr. a Jks. Pleban dał 60 złr. a. w.

10. W Wielogłowach... wystawiono kosztem konkurencyi stajnią końską za 250 złr. a. w.

11. W Zbyszycach... sprawiono trąbę rogową dla warty kościelnéj, albę świętalną, bursę do chorych, dwa kropidła, poszyto stodołę w części, ponaprawiano ogrodzenia, dywanik na gradusy wielkiego ołtarza, kropielniczkę do zakrystyi, odnowiono lampiarz z przed wielkiego ołtarza, dano nowy dach na kościele, pokryto blachą sygnaturkę i w części wieżę, ponaprawiano mury kościoła, szpichlerz plebański pokryto, obrus na ołtarz haftowany darowała Wielm. Pani Merczeńska, sprawiono firanki na figurę Matki Boskiéj. Nie wyrażono, z jakich funduszów i w jakiéj ilości do powyżéj wspomnionych meliorazacyi się przyczyniono.

Niech za te doczesne ofiary, odbiorą sowite w Niebiesiech dary.

Tarnów 25. Lut. 1864.

L. 1437. 1512.

Piis ad aram suffragiis commendatur:

Anima p. m Valentini *Jabcoń* parochi Olszynensis, qui 70 annorum aetatis, 33 sacerdotii, die 2. Maji 1864 hora 2 pomeridiana, Sacramentis moribundorum rite provisus, facta prius substantiæ ultima scriptotenus dispositione, pie in Domino obiit, pro quo Consodales Confraternitatis precum unum Missæ sacrificium litare obligantur...

Item anima p. m. Joannis Witowski Alumni Seminarii Diœcesani, qui die 5. Maji 1864 ni claustro P. P. Dominicanorum Tarnobrzegensium pie in Domino obdormivit.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 19. Maji 1864.

JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

Tarnoviae & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1864.